restitutionem adversus eum locus
est, quia ex praetoria iurisdictione nec
eius obligatur ut cum eo actio
sit, sed utilis actio adversus eum
danda est, ut Iulianus ait. Set
et nisi in solidum defendatur, permittendum
est in bona quae eius fuerint mitti.
Et cum civitas amissa est, nulla re-
stitutionis aequitas est adversus e-
um qui amissis bonis et civi-
tate relicta nudus exulat. Gaius.
Hae obligationes quae naturalem
praestationem habere intelleguntur,
palam est capitis deminutione
non perire, quia civilis ratio natura-
lia iura corrumpere non potest.
Itaque de dote actio, quia in bonum
et aequum concepta est, nihilo minus du-
rat etiam post capitis deminutio-
nem. Paulus.
Et quamvis emancipata agat. Modestinus.
Legatum in annos singulos vel
menses singulos relictum vel si
habitatio legetur, morte quidem
legatarii legatum intercidit,
capitis deminutione tamen interve-
niente perseverat: videlicet quia
tale legatum in facto potius quam
in iure consistit. Paulus.
Capitis deminutionis tria genera
sunt: maxima, media, mini-
ma: tria enim sunt quae habemus, li-
bertatem, civitatem, familiam. Igitur
cum omnia haec amittimus, hoc est liber-
tatem et civitatem et familiam,
maximam esse capitis demin-
utionem; cum vero amittimus civita-
tem, libertatem retinemus, med-
iam esse capitis deminutionem;
cum et libertas et civitas retinetur,
familia tantum mutatur, minimam
esse capitis deminutionem constat.

Ulpianus. **Ex quibus causis maiores xxv annis in integrum restituuntur.**

Huius edicti
causam nemo non iustissi-
mam esse confitebitur. Laesum
enim ius per id tempus quo quis
rei publicae operam dabat vel ad-
verso casu laborabat corrigitur,
nec non et adversus eos succurritur,
ne vel obsit vel prosit quod evenit.
Verba autem edicti talia sunt: Si cu-
ius quid de bonis, cum is metu aut
sine dolo malo rei publicae causa ab-
esset, sive in vinculis servitute ve
hostiumque potestate esset, sive cui actio-
nis eorum cui dies exisse dicetur.
Item si quis quid usu suum fecisset aut
quod non utendo amisit consecutus ac-
tione ve qua solutus ob id quod
dies eius exierit, cum absens non de-
fenderetur sive in vinculis esset, se-
cum ve agendi potestatem non face-
ret, aut cum eum invitum in ius
vocari non liceret neque defende-
retur, cumve magistratus de ea
re appellatus esset, sive cui per magistra-
tus sine dolo ipsius actio exempta
esse dicetur: earum rerum actionem
intra annum quo primum de ea
re experiundi potestas erit. Item si
qua alia mihi iusta causa esse videb-
itur, in integrum restituam, quod e-
ius per leges, plebiscita, senatus consul-

diminutione

186.

UNIV HELS Mscr.

ta. edicta decreta principum li-
cebit. Callistratus.
Hoc edictum quod ad eos pertinet
qui eis continentur minus in usu
frequentantur. hi enim personis
extra ordinem ius dicitur ex se-
natus consultis et principalibus consti-
tutionibus. Hoc autem capite ad-
iuvantur in primis hii qui me-
tus causa abfuissent. scilicet si non su-
pervacuo timore deterriti abfui-
ssent. Ulpianus.
Metus autem causa videtur abesse qui in-
to timore mortis vel cruciatus cor-
poris conterritus abest et hoc ex affe-
ctu eius intelligitur. sed non sufficit qua-
libet terrore abductum timuisse
sed huius rei disquisitio iudicis est.
Item hii qui rei publice. Callistratus.
causa sine dolo malo afuissent. dolum
malum eo pertinere accipi ut qui
vitari possit nec restitueretur in eo quod
per id tempus adversus eum factum
est non adiuvetur. veluti si aliter
vix gerandis huiusmodi captandi
gratia id egerint ut rei publice causa ab-
essent et revocentur ab isto privile-
gio. Ulpianus.
Et qui dati opera et sine lucro hoc affe-
ctaverint vel quam maturius profectus
est vel litis gratia cepit rei publi-
ce causa abesse. sed hoc adiectio doli ma-
li rei publice causa absentes re-
fertur. non est ad eum qui metus
causa quia nullius metus est si dolus
intercedat sed qui rome pro rei publice
causa operam dant rei publice causa non

absunt. Paulus.
Ut sunt magistratus. Ulpianus.
Milites plane qui rome militant
pro rei publice causa pro absentibus
habentur. Paulus.
Legatis quoque municipiorum suc-
curritur ex principum mandatis et
huiusmodi constitutione. Callistratus.
Succurritur autem ei qui in vinc-
ulis fuit quod non ad eum solum
pertinet qui publica custodia
coercetur sed ad eum quoque qui
a latronibus aut predonibus vel a pro-
dentoribus vi oppressus in vinculis
coercebatur. Vinculorum autem
appellatio latius accipitur. nam
et inclusos veluti latumius vic-
torum nullo loco placet quia nichil in-
terest parietibus an compedibus te-
neatur. custodiam autem solam
publicam accipi Labeo putat.
In eadem causa sunt qui a mi. Ulpianus.
Libertis servitoribus quoque et a muni-
cipalibus ministeriis observant et hii
probantur rei sue superesse non po-
tuisse. In vinculis autem et ac-
cipimus eos qui ita alligati
sunt ut sine dedecore in publico
apparere non possint. Callistratus.
Ei quoque succurritur qui in servitu-
te fuit sine bona fide serviat ho-
mo liber seu detentus sit. Ulpianus.
Is autem qui de statu suo litigat ex
quo lis inchoata est hoc edicto non
continetur. tamdiu quam in servitu-
te esse videtur quamdiu non est lis huius-
modi cepta. Paulus.

desierit. Quum iudicii mutandi
causa id fiat, quamvis et alia compl-
ura talia. Potest autem aliquis do-
lo malo desinere possidere, nec tamen
iudicii causa mutandi fecisse,
nec ex hoc edicto teneri. Sed neque eum
alienat qui duntaxat omi-
sit possessionem. Non tamen eius fa-
ctum implet pretor quod tantum hab-
uit re carere ne propter eam sepius
litigaret. Hec enim uerecundia co-
gitatio eius qui lites execratur
non est uituperanda. Sed eius dun-
taxat qui cum rem habere uult li-
tem ad alium transfert, ut mo-
lestum aduersarium pro se subiciat.
Non solum ad dominium tamen. Pedius
reclamationem hoc edictum pertinere ait,
uerum ad possessionem quoque. Alioquin
is cum quo in rem agebatur in-
quod si possessionem ceperit cessit et
tenebitur. Si quis autem ob
ualitudinem aut etatem aut o-
ccupationes necessarias litem
in alium transtulit in ea causa non
est ut hoc edicto teneatur, cum in
hoc edicto doli mali fiat mentio.
Sed nec erit interdictum ei per procu-
ratorem litigare. domino in eos plu-
rimumque et ipsa causa translato.
Ad iura etiam peiorum hoc edictum mo
pertinet si dolo malo fiat alie-
natio. Hec autem actio in id quod
interest competit. Puta si res si
fuit petitoris aut si is quod alien-
auit est sine culpa decessit cessat
iudicium. Et quod actoris preterea fu-
derint. Hec actio non est penalis
sed rei persecutionem arbitrio iudicis
continet. Quare et heredi dabitur. In
heredem autem non dabitur. Paulus.
Vel similem. Ulpianus.
Vel post annum non dabitur. Gaius.
Quia pertinet quodammodo ad rei persecu-
tionem uidetur autem ex delicto da-
ri ei. Paulus.
Et hoc edicto teneatur et qui rem ex-
hibet si arbitratu iudicis post-
nam iudicii causam non restituit.
Ait pretor que alienatio iudicii
mutandi causa facta erit, id est futu-
ri iudicii mutandi causa non
eius quam sit. Alienare intelli-
gitur et qui alienam heredem re-
uendidit, sed heredem restituendo
uel legando sicut alienet, huic
edicto locus non erit. Sed si quis al-
ienauit deinde recepit non tene-
bitur hoc edicto. Qui uenditio-
ni suo redhibet non uidebitur muta-
ndi causa alienare. Paulus.
Quia redhibito homine omnia retro
aguntur. Ideo non uidetur muta-
ndi iudicii causa alienare qui
redhibet. Et si ipsum redhibet non
redhibitionis alias. Ulpianus.
Nam et si obligatus soluit quam me
pote uelles huic edicto locus
non sit. Si tutor pupilli uel
agnatus furiosi alienauit uti-
lis actio competit quod cautum hic
fraudis iure si perficit. Idem.
Cum uiles postulabat suo nomine
litigare de possessionibus que sibi donatis.

UNIV. HELS. BIBL. Mscr.

Finland 1559 N:o 37

est diceret [illegible] quam si iudicii
mutandi causa donatio facta fuerit
[illegible] expiri optare ut
rem magis in multorum quam in litem
transtulisse credatur. Marcianus.

Si quis communi dividundo conveni-
endus cum rem alienaverit ex le-
ge Licinia interdicitur ei ne
communi dividundo iudicio experiatur.
Ubi [illegible] ut potentiorem emptorem
per liberationem [illegible] accipi-
at et per hoc item ipse recipiat. Sed ip-
se quidem qui partem alienavit communi
dividundo iudicio si agere velit
non audiatur. Is vero qui emit si ex-
periri velit ex illa parte conve-
niatur qua cavetur ne qua
alienatio iudicii mutandi causa
fiat. Paulus.

De arbitris et receptis qui arbitrium receperint ut sententiam dicant.

Compromissum
ad similitudinem iudiciorum redigitur
et ad finiendas lites pertinet. Ulpianus.

Ex compromisso placet exceptio-
nem non nasci sed pene petitionem.
Labeo ait si compromissum [illegible]. Idem
si factum sententia dicta est
quo quis a minore xxv annis
tutore absolvitur ratum id a pre-
tore non habendum. Sed eo nomine pe-
ne commisse petitionem dabimus.

Tametsi neminem pretor cogat ar-
bitrium recipere quoniam hec res libera
et absoluta est et extra necessitatem
iurisdictionis posita. Attamen ubi se-
mel quis in se receperit arbitrium
ad curam et sollicitudinem suam
hanc rem pertinere pretor putat. Non
tantum quod studeret lites finiri,
verum quia non deberent decipi qui eum
quasi virum bonum disceptatorem in-
ter se elegerunt. Finge enim
post causam iam semel atque iterum
tractatam post nudata utri-
usque intima et secreta negotii
aperta arbitrum vel gratie dantem
vel sordibus corruptum vel ali-
qua ex causa nolle sententiam dicere:
quisquam non potest negare equissi-
mum esse fore pretorem interpone-
re se debuisse ut officium quod in se re-
cepit impleret. Ait pretor: qui
arbitrium pecunia compromissa rece-
perit. Tractemus de personis
arbitrantium: et quidem arbitrum
cuiuscumque dignitatis coget of-
ficio quod susceperit perfungi etsi sit
consularis, nisi forte sit in aliquo
magistratu positus vel potestate,
consul forte vel pretor, quoniam in hos
imperium non habet. Paulus.

Nam magistratus superiores aut
pari imperio nullo modo possunt cogi; nec
interest ante an in ipso magistratu
arbitrium susceperint. Infe-
riores possunt cogi. Ulpianus.

Sed et si filius familias sit compelletur. Gaius.

De re sua dicitur arbitrum non esse posse, nam et iudi-
cem eum esse posse plerisque pla-
cet. Modestinus.

Parum interesse ingenuus quis an
libertinus sit, integre fame quis
sit arbiter an ignominiosus.